



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Tractatus Practicus De Casibus Summo Pontifici, Episcopis, Et Praelatis Religionum Reservatis

Kiene, Johann Georg

Constantiae, 1629

11. Hostilis insecutio Sedis Apostolicæ Legatorum.

urn:nbn:de:hbz:466:1-42214

tes in eâdem morantes, aut recedentes, atquè in his consilium, auxilium, fauorem præstantes.

Si Romipeta sub specie peregrini ad studia aut Ciuem Romanum inuisendum, Urbem Romam peteret, & intra vel extra Urbem delinqueret, posset & à Iudice & ab aliis secluso excommunicationis periculo capi, puniri, &c.

XI. Hostiliter insequentes, interficientes, mutilantes, vulnerantes, percutientes, capientes, carcerantes, detinentes Cardinales, Archiepiscopos, Episcopos, Sedisq; Apostolicæ, Legatos, Nuntios, & à suis Diocesibus, Territoriis seu Dominiis eiiciunt, aut mandant, ratum habent, auxiliū, fauorem præstant.

Si vis sit iniusta, nec morale hinc intellige insecutionem. v. g. per calumnias, conuitia, falsa testimonia factam, sed physicam, id est, cum
quis

quis motu corporali ad molestandum, capiendum, insequitur.

XII. Qui ad Curiam Romanam in suis causis Recurrentes, Prosequentes, Procurantes, earumque Auditores, Aduocatos, Agentes &c. occasione harum causarum occidunt seu quomodolibet percutiunt, bonis spoliant, per se vel alios, directè vel indirectè in eisdem auxilium, consilium, fauorem præbent, cuiuscunque sint præminentiae & dignitatis.

Si fiat ratiōe & intuitu causarum aut negotiorum ad Curiam Romanam pertinentium.

XIII. Excommunicantur cum Ecclesiastici, tum sæculares cuiuscunque dignitatis appellantes vel prætendentes friuolam exemptionem à grauiamine vel futura executione litterarum Apostolicarum ad laicam potestatem: